

1953

P O L E M I C I.

1954

da quello, che la fogliono dipingere costoro, che con tanto odio la perseguitano. Itaque et Mutius eam avet cognoscere, dumque Silvius ad docendum se accingit, *Dialogus* explicit. Adscribendum tamen est initium: *Silvio. Hauendo noi boggi da fare una assai lunga caualcata, parti egli, Mutio mio, che noi prouiamo, se con qualche ragionamento la ci possiamo render men dispiaceuole? Mutio. Parmi certamente &c.* Stilus nitidus est. Autorem ignoro, nisi quod identidem in mentem veniat *Pet. Pauli Vergerii* jun.

DIII.

908

Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 741. 4. compilatus est e variis Scriptis Religionis Controversias tractantibus, quae ordine suo persequemur. I. *Responso de libello d. Francisci Cordubensis. MDLXII.* Incipit: *Amplissime domine, Libellum d. Francisci Cordubensis a tua amplitudine accepimus et pro tua petitione secundum regulam S. Pauli illum probauimus, quae bona insunt libello, excerpimus et probamus, Reliqua secundum scripturam rejicimus &c.* Iudicium istud Pastorum protestantium est, a Viro quodam in dignitate constituto, ut adparet, exquisitum. *Libellus autem Francisci, ipsorum verbis, Pragae excusus est cum consensu Metropolitanii.* Agitur itaque de Opusculo inscripto: *De Officio Praelatorum, quod*

Pragae 1562. 8. edidit Franciscus de Corduba Sodalit Franciscanus cum Maria Maximiliani II. Imp. conjuge, cujus conscientiae arbiter erat, in Germaniam delatus, vir pro merito doctrinae suae haud satis notus, cujus etiam Annotationes in Religionis Articulos a Sectariis controversos Vien. 1567. Colon. 1572. 8. impressae in Bibliothecis delitefcunt. Multa in eo probant Censores supra dicti, interque alia, quod scripsit: Non esse contra Fidem Catholicam, Laicos communicare sub utraque specie. Quae vero rejiciunt, e Codice deperiere.

II. fol. 12. *Instructio ex euangelio de toleranda et vincenda cruce.* In folio praevio dicatur *Clarissimo Juris Doctore d. Joanni Hiltnero antistiti reipub. et ecclesiae Ratisponensis, domino et patrono suo eximio.* Additur *μνογομα* e literis N. et H. quod *Nicolaum Hahn* five *Gallum* prodit, cujus Epistolae ad eundem *Hiltnerum* alias meminimus. *Instructio nostra fol. ult. vacuo* dicitur etiam: *De ecclesiae afflictionibus et consolationibus, et ali quantum convenit, ut videtur, cum ejusdem Galli Scripto vernaculo: Von dem Kampfe des Geistes und Fleisches; ignoratur vero ab iis, qui ejus Scripta enumerant.*

III. fol. 26. *Visio* quaedam, seu, si mavis, *Somnium de Leone* in Conclavi homines exterrente, et tandem in Christum converso, addita per singulas partes

1955

C O D I C E S

1956

tes expositione. Inscritur vernacule: *Im 26. Jar ungeuarlich 14 tag vor bartolomej ist das gesicht wie volgt von mir in einer nacht in einer stuben gesehen worden.* Additur latine: *In fine vide quis ille sit.* In fine igitur legitur: *Der man der dis gesicht gesehen hatt, ist ein Ratsberre zu Schmol kalden gewesen, vnd hats gesehen im Mittage (itaque sub schino, sub prino) da er in seiner stuben mittags ruebe auff einem stuele gehalten hatt, vnd hett nicht rueben können, bis ers einem rechtschaffnen Manne vertrauen solle vnd hats wie dis lautet offenbarett dem herren M. P. M. (Magister Philipp Melanchthon?) Im Jar MDXXVI. J. A. J. Fortasse Jacobus Andree Junior. Expositionis ultima pars, cum cetera omnia germanica sint, latine ita concepta est: *Ecclesie Romanæ Tyrannis conuertitur in meliorem disciplinam, adeo ut docens Euangelium totam Europam sit secum conuersura in cognitionem Jesu Christi.* Additum in ora eadem manu: *Græce debebat scribi.* Cur ita? An ut non intelligant Catholici? Ad oram primi etiam folii notatur: *Ex alio libro descriptum.* Fieri ergo possit, ut Somnium istud typis jam commissum extet.*

IV. fol. 41. *De Statu, collectione, et iustificatione ecclesie, inde ab initio a primo condito homine ad mundi finem usque iuxta temporum et historiarum seriem.* Initium: *Et si arcanum Dei consilium de creatione longe humanæ*

naturæ captum superet &c. Quorum partium Autor, qui remotis temporibus immoratur, sua obiter tangit, fuerit, ex his, quae sub finem habet, intelliges: *Agnoscamus igitur immensam dei bonitatem, quod etiam nostris temporibus ad doctrinæ restaurationem, uirum doctrina, sanctitate ac morum integritate in tota Germania clarum D. Martinum excitavit &c.* Scriptionis vero tempus ex eo liquet, quod adferat: *sinceram Doctrinam a Natiuitate Domini nostri Jesu Christi per 1555 annos esse conseruatam.*

V. fol. 67. *Galea Salutis. Epistola N. A. ad Joannem Fridrichum Hoffmannum Liberum Baronem in Austria. Camerarium Archiducis Maximiliani. Polonorum Regis Electi.* Init: *Generose Domine &c.* *Submonuit me Dn. Wences. Eckerus, Vir, Deo, Imperatoriae Magnitudini, Principibus summis in orbe, hominibus literatis, literatissimus ipse; et nobis quoque infimis haud immerito charus: in literis tuæ Generosæ Dominationis, ad ipsum recentioribus, mei factam mentionem: qui, ex ejusdem Dn. Eckeri liberali commendatione magis, dum ego, circa infoelicem pugnam ad Bicinum, humanissimo eius hospitio fruerer Oppolia, quam postridie ex colloquio in effedo, a Crapicio patria mea lacera Glogoviam versus proficiscendo, Tuæ Generositati innotueram: hospes quoque ipse ex Bohemia.* Scripta est igitur haec *Salutis Galea* an. 1588. quo

1957

P O L E M I C I.

1958

quo *Maximilianus* Archid. *Maximiliani* II. Imp. Filius quorundam suffragiis ad coronam *Poloniae* vocatus a *Job. Zario Zamostio* aduersae Partis Duce ad *Oppidum Pitschen Silesiae* caesus, captusque fuit. *Wenc. Eckerum ab Egbofen* Equitem *Bob.* natum *Opoliae* praedio paterno non procul *Praga* in *J. Henr. Cunradi Silesia Togata* p. 62. Vectigalium *Caes.* per *Silesiam* supremum Praefectum reperio. *Opoliam* hanc hodie *Aumal* dici putem. Quid vero de Autore Epistolae *N. A.* statuam? E numero *Fratrum Bob.* seu *Moravicornum* cum sit, quidni *Albertus Nicolaus Silesius* ille esse possit, quem cum aliis ad vertenda in linguam *Bob.* *Biblia* an. 1579. a *Fratribus* adhibitum fuisse tradit *Andr. Wengerscius Slavoniae Reform.* s. *Hist. Eccl.* L. I. c. 11. *Amst.* 1679. p. 64. 4. Ut res se habeat, exponit ille illustri *Hofmanno* *Methodum Apostolicam*, quam *Fratres Bobemicarum Ecclesiarum* (vulgo ex ignorantia *Valdenses* et *Picardi agnominati*) ad omnes pariter, doctos et indoctos, in docendo, per anni curriculum usurpant, provocatque ad libellos *Latinos* et *Germanicos*, post varia *Bobemica*, conscripta et in vulgus, ad Reges et ordines regni *Bobemicae* edita: in primis *Confessione recentiore* et *postrema*, ad *Ferdinandum* et *Maximilianum*, patrem et filium, *Imperatores augustos*, et eosdem Reges in regno *Bobemicae* pacificos: Item ad *Georgium Brandeburgensem*, *Principem*
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

pem religiosum, ipso *Luthero* curante, *Wittebergae* etiam *Germanica* lingua praelo commissa &c. agit vero de *Requisitis Salutis*, de *Fide Salutifica* et ejus *Gradibus*, idque etiam *Schemate* tabellari, demum de *Adversis Salutis*, moderatione laudabili, stiloque terfo. Inter alia, ubi perorat: *Timida, ne dicam, supinam salutis neglectionem* arguens vox: *Expectandum est, dum exurgat aliquis Corrector, in Spiritu Eliae, vel Lutheri. Vel ut Rokizana, nostris maioribus suadens bene, discessionem a Pontificijs et Calixtinis in Bobemia, cur ipse praere nollet invitatus, male respondit: Oporteret ex alto desilire super saxa dura.* Desunt tamen, quod dolendum, extrema.

VI. fol. 233. Συλλογη Epistolarum, Epitaphiorum &c. quae sub uno Numero comprehendam: 1) *Historia Conuentus Vuormaciensis integra et uera, scripta a Philippo Melanbone ad Reuerendissimum Patrem D. Doctorem Martinum Lutherum, die 16 Decembris. Anni videlicet 1540.* Initium: *Deus pater liberatoris nostri Jesu Christi* &c. *Hic nondum inchoatae sunt publicae disputationes* &c. Confer *Sleidanum* L. XIII. et *Seckendorf.* L. III. *Secl.* 21. §. 80. ad h. a. Inter alia: *Corvinum (Ant.) viuere speramus, etsi constat fuisse insidiatores ad eum excipiendum et interficiendum a Tyranno Lupifaculo missos.* Εγκωμιον istud, ni fallor, *Henricum Brunsvicensem (Wolfen*

B b b

fen

1959

C O D I C E S

1960

fen Bütel f. *Beutel*) maectat Lutheranis aduersum. Illud vero dextre auerruncavit *Peucerus L. I. Epistt. Melancht. Witteb.* 1570. p. 223. 8. vel potius ante eum *Job. Manlius* in *Farrag. Epistt. Basil.* 1565. p. 66. 8.

2.) Epistola multum refecta cuiusdam ex Academia *Witteberg.* a Parentibus ad aliquot hebdomadas avocati, et absque venia *Melanchthonis* discedere nolentis. Initium: *Quoties cogito sapientissimum illud dictum Aristot. de Areopago &c.*

3.) *Pia epistola Dn. P. Melan.* ad pastorem *Lubeccensem* de non recipiendo libro *Augustano*, quem interim vocant. 1548. Post conuentum *Mysinae* habitum. Initium: *Vtrum conditione Augustani libri quaesita sit Ecclesiarum Concordia &c.*

4.) *Hier. Baumgartneri* Epistola ad *Pbil. Melanchthonem* data *Norimbergae* 5. Aug. 1545. qua suum e captivitate reditum significat. Fuerat autem Vir hic patricius anno praecedente, dum e *Conventu Spirensi* rediret, a *Job. Thoma Rosenbergio* Equite *Francone* ob inveteratas quasdam *Norimbergensium* cum *Foedere Suevico* tricas detentus. Init: *Perripuit tandem caelos et ad aures Domini penetravit oratio piorum &c.*

5.) *Viti Theodori* Epistola ad eund. *Melanchthonem Norimbergae* eod. an. et die, itidem de Reditu jucundo *Hier. Baumgartneri*, quem *ornatum* fuisse noster

ait morte *Conradi Haller* 88. annorum *Senis Patricii*, qui a Sacris catholicis dimoveri non poterat; unde cum Familia ejus magnificum funus pararet, *Senatus serio interdixit, ut sine Pompa omni, sine scholasticis, sine ministris, sine candelis, quae ante aedes solent poni, ante Prandium efferretur. Aut futurum ut cum ignominia extra Caemiterij Parietes sepeliatur. Nec ueriti sunt Regis praesentiam. &c.* Maecte animis! Init: *Salutem in Domino, qui est adiutor in opportunitate &c.*

6.) *Mart. Lutheri* Epistola ad *Pancratium Ecclesiasten Dantiscanum* data *Wittebergae* 7. Maji 1543. qua respondet querenti de prohibito per Regum et Episcoporum Edicta usu Sacramenti, hortaturque, dum res se dent, saltem a verbi ministerio non desistere. Init: *Lætus certe literas tuas legi &c.*

7.) *Epitaphia* elegis exarata XIII. ad *Saxoniam*, potissimumque *Wittebergam* pertinentia, quorum Indiculum texo: *Laur. Zeidleri* Juvenis *Silesii* duplex, a. 1536. *Goldbergae* defuncti. Filiolorum *Pbil. Melanchthonis*, *Justi Jonae* et *Viti Amerbachii*. *Mart. Hegii Frisii*, *Witteb.* 1544. *Chiliani Metzleri* ibid. 1539. *Margaritae Metiae*. *Susannae Bremselii* Medici *Witteb.* filiae. *Magdalenae Mart. Lutheri* filiolarum duplex germ. et lat. ipso, ut praemittitur, patre auctore a. 1542. *Friderici Ducis Sax.* ex aerea tabula templi *Arcis Witteb.*

1961

P O L E M I C I.

1962

Witteb. a. 1525. Johannis Ducis Sax. a. 1532. Justinae novae Nuptae a Marito interfectae.

8.) *Redeunt Epistolae: Consilium de Judaea Baptisanda D. M. Lutheri ad Henricum Genesium Icbterbusianum Ministrum. Datum Ex Eremito (Coburgo)*

9. *Jul. 1530. Init: Tecum sentio, mi Henrice &c.*

9.) *Plures Philippi Melancthonis. Prima versu ad Franciscum (Burchardum) Vinariensem, quem a vita aulica dehortatur. Init:*

Cur te delectant Aulae Franciscae venena &c.

10.) *D. Marco Crodelio Torgam. Commendat Martinum Scholae Mansfeld. Moderatorem. Init: Olim Hercules adiit Hispaniam &c.*

11.) *Amico cuidam. Dissuadet esum Fructuum crudorum. Init: Notum est proverbum: Amicorum omnia sunt communia &c.*

12.) *Johanni Reineck Civi Mansfeldensi, olim in Scholis Lutheri sodali Consolatoria de Morte uxoris, data 4. post Pascha. 1536. Init: Cum vos propter eximiam virtutem &c. De eo subnotatum: Obiit Joannes Reineck vir integer optimeque cum de re litteraria, tum tota suorum Repub. meritis Northusiae in aedib. filiae suae 15 die Julij 1538.*

13.) *Philippo Gluenspies Civi Mansfeldensi, Consolatoria de Morte Socrus, data 1536. Init: Utinam aliquam possem asferre levationem &c.*

14.) *Eidem Consolatoria de Morte Soceri cum hujus laudibus, data 20. Jul. 1538. Init: Tanta fuit virtus, tanta prudentia &c.*

15.) *Leonardo Stöckel in Bartpha Hungariae, Invitatoria ad accipiendum Ecclesiasticis munus in oppido Mansfeld, data 10. Aug. 1544. Init: Meministi in Ecclesia oppidi Mansfeldt &c.*

16.) *Kiliano Goldstein Doct. Jur. Nova de Conventu expetit, et Principum vitiis ingemiscit. Quantum inconstantiae et simulationis in multis est! Bonitas vero et eruditio ridetur. &c. Init: Gratiam tibi habeo, quod amantissimis &c.*

17.) *Eidem, de Concordia inter Evangelii Ministros, et Magistratus politicos, cum is Justo Jonae ad praedicandum evocato officia sua detulisset. Epistola erudita, data 20. Nov. 1544. Init: Et tibi et Ecclesiae Dei gratulor &c.*

18.) *Martino Sydemanno Scholae Mansfeld. Moderatori. Laudat institutionem puerilem, exquirat iudicium de nova editione Locorum suorum &c. Data 16. Oct. 1544. Init: Hanc ad te epistolam scripsi &c.*

B b b 2 19.)

1963

C O D I C E S

1964

19.) Interjicitur Mandatum Rectoris Acad. *Witteb.* ad Scholasticos 20. Sept. 1542. ut hora quarta cohonestent funus *Magdalenae Lutheri* filiolae, addito *Epitaphio* ejus jam supra commemorato.

20.) Resumuntur *Melanchthonis* Literae: *Hieronymo Weller* Th. D. Consolatoria de Morte cujusdam *D. Nicolai*. Data *Post Martini* 1538. Init: *Etsi Ecclesiae causa quam longissimam* &c.

21.) *Guilbelmo Reiffenstein* *Stolbergensi* Quaestori. Mittit *Paedagogum* ejus prolibus *Marcelum* in locum *Erhardi*. Init: *Accepi literas vestras de missione Erhardi* &c.

22.) Eidem. Mittit pro Filiis duo *Exempla Rhetorices*, cupit *Francofordia* edoceri de *Cometis*, imprimi *germanicam Apologiam* &c. 26. Sept. Init: *Cum Martinus vester profecturus esset* &c.

23.) Eidem. Familiaris, de *Nomismatibus aureis* &c. Init: *Remitto tibi vir optime alterum ex Nomismatis* &c.

24.) *Jacobo Micyllo*. Invitat eum ad docendam in *Saxonia* *Poesin* relicta *Francofordia*, atque, *Eobanum Hessum* honesta conditione *Norimbergam* accersitum esse. Init: *Cum polliceretur Princeps se scholam confirmaturum esse* &c.

25.) *Paedagogo Comitum Mansfeldensium*. Non improbat ejus consilium discedendi de statione sua, *Wittebergam*que redituro spondet officia. Init: *Etsi*

scio te nihil immoderate facere &c.

26.) *Schubio* cuidam. *Officiosa*. Commendat ituro in *Italiam Hieron. Papiensem* focium, qui *Patavia* amicum *Damianum* invivere velit. Data *Die Palmarum* 1535. Init: *Vtinam amicitia tua frui possem* &c.

27.) *Sebast. Mulner* *Senatori Mansfeld.* Edocet Patrem de ratione studendi et profectu *Filiorum*, seque eis invigilaturum pollicetur. 20. Jul. 1545. Init: *Aliquoties et filios vestros et eorum contubernales interrogavi* &c.

28.) *Osiandro*. Consolatoria de Morte *Uxoris*. Inter alia luctus remedium: *Onerandus est animus occupationibus*. Sub finem: *Sadoleti Epistolam ad me scriptam te vidisse arbitror, nisi enim Vito (Theodorico) exemplum*. Init: *Ex literis Viti intelleximus* &c.

29.) En ipsam *Sadoleti* *Epistolam* inscriptam: *Doctissimo tanquam fratri Philippo Melanthoni Sacrarum literarum professori*. Init: *Carpentarae cum essem, quo in loco statutum habere me credens domicilium* &c. *Officiosa* captatio est amicitiae, cujus dudum editae in *Collect. Manliana Epist. Melancht.* p. 413. excerpta habes apud *Seckendorf* L. I. Sect. 16. §. 34. addit. 1. Data est *Romae* 15. cal. Jul. 1537.

30.) *Epistola praescripta Laurentio Lindeman a Philipp. Melan.* Init: *Humanissime praeceptum est ab Isocrate, ut velut patrimonium, ita paternas amicitias liberi*

1965

P O L E M I C I.

1966

beri tueantur &c. Plena obser-
vantiae, ad *Lipsiensem* quendam
eruditum data videtur.

31.) *Sabini* (Georg.) *Episto-
la*. Init: *Cum C. V. singulari me
benevolentia complexa sit &c. Cel-
situdinem* hanc Marchionem *Bran-
deburgicum* interpretor fautorem
studiorum egregii *Juvenis* nostri,
qui se jam libris ab eo instructum
hic testatur, et viaticum orat in
Italiam profecturus ad perficien-
dam dicendi, scribendique facult-
tatem consuetudine Doctorum,
qui in hoc genere nostris homini-
bus longe antecellunt. Subjectum
huic Epistolae P. M. fidem fa-
cit, eam a *Philippo* in gratiam
cari discipuli, futuriq; Generi
conscriptam fuisse. Idem de prae-
cedente dicam.

32.) *Cassari Crucigera* ἀδελ-
φῶ φίλτατῶ et subscripta: *Phi-
lippus ἀδελφος σῆ*. Familiaris, da-
ta *Mansfeldiae* 5. Octobr. et cum
mortem *Alberti* Card. Elect. *Mo-
guntini* nunciet, a. 1545. Init:
*In his iugis bercinijs invenimus
D. Stephanum Medicum Cygneum
&c.*

33.) *Gratiarum actio pro Com-
mendatione ad Philippum data*. Ab

ipso *Philippo* in gratiam cjuus-
dam *Juvenis Wittebergam* studio-
rum caussa adpulsi concinnata, ut
e subscripto P. M. iterum con-
jecto. Init: *Nihil mihi accidere
bonorificentius hac quidem aetate
potuit &c.* Sine die et consule.
Harum porro *Melanchthonis* *Epi-
stolarum* illas ad *Wellerum* et
Osiandrum in Collect. tam *Peuce-
riana Witteb.* 1570 — 74. 8.
quam *Manliana Basil.* 1565. 8.
reperies, alias ad *Reineck*, *Glue-
spies*, *Reifenstein*, *Micyllum*, et
Sabini nomine scriptam in *Man-
liana* solum; ceterae fortassis in-
editae sunt.

VII. fol. 351. Colloquium
Georg. Calixti Theologi Luth.
cum *Augustino Turriano* Jesuita
Hildef. habitum in Arce *Hemels-
burg.* a. 1614. hic ἀκεφαλόν, edi-
tum vero typis 1657. et 1665.
4.

VIII. fol. 101. novo compu-
to ineunte, Epigrammata II. Pri-
mum jocatur de Morbo *Gallico*
in locum Purgatorii substituto,
deque novo Coeli Janitore S. *Jo-
bo*; alterum de *Minorita lignipe-
de*. Primum, quod incipit:

Sunt, qui post mortem nostrae purgamina culpæ &c.

tribuitur a manu secunda *Nicolao
Politae* sive *Bourgeois Bruxellen-
si*, cujus varia retuli in vernac.
mea *Hist. Typogr. Vienn.*

IX. fol. 102. *Gabr. Didymi*
feu *Zwilling Ecclesiastae Torgav.*
Scriptum contra Formulam *Inte-
rim*, id est, *Erkblörung auf den*

Augspürgerischen Radtschlag, so
das *Indterim* genennet würdt des
48 jars. Darneben auch ain kbür-
tzer bericht vnd Antwort auf die
Kbirchen Ordnung. Difes 49.
Jars. Dicatur primo *Mauritio*
Elect. Sax. dein *Georgio Anbal-
tino*, cui ipso in limine edicit Au-
tor:

B b 3

tor:

1967

C O D I C E S

1968

tor: Recepto illo ordine ecclesiastico Deum sibi negandum, Daemonem vero adorandum fore. Toto porro Tractatu in Pontificem Rom. defaevit, multusque est in foedis Iconismis a *Luthe-ro* in eum divulgatis describendis, recitandisque rhythmis, quibus illi ornati sunt. Accedit tertium Scriptum de Colloquio *Torgae* habito, postquam ille secundum mox memoratum de Ordine Ecclesiastico porrexisset, die *Veneris post Judica* a. 1549. ejusdem furfuris et intemperantiae, quod illi carceres in *Arce Wittenb.* promeruit. An haec lucem viderint, ignoro; extat vero *J. G. Terne Versuch einer sufficienten Nachricht von des Gabriel Didymus fatalen Leben. Lips. 1737. 8.*

X. fol. 144. Anonymi cujusdam Protestantis *Confessio Fidei* juxta Symbolum Apostolorum et Doctrinam de Sacramentis, quae tamen ultra Baptismum non procedit. Ejus initium: *Zum ersten bekenn vnd glaub ich die zwelff*

*Das wär ein wunder inter nos mortales
Das zu unsern Zeiten Doctores tales &c.*

XIV. fol. 187. *Christianæ Religionis Summa.* Confessio quaedam, quae ad calcem impressa fuisse dicitur: *Neuburgi danubij apud Joan. Kilianum scribam Anno 1546. et Capitibus binis definitur, quorum I. Vt rite colatur Deus. II. Vnde salus sibi petenda sit, nouerit homo.*

Artickel vnssers waren alten Christlichen glauben &c.

XI. fol. 150. *Varia Rhythmica levis momenti:* 1.) De Missa Pontificia. 2.) De Eleemosyna. 3.) Evangelium Matth. 7. et 12. 4.) Contra Caenam Domini. Omnia germanice. Autores A Catholicis. Postremus, nescio, cujus Scholae.

XII. fol. 166. *Job. Hassner* Libellus asceticus *Von ainem warbafftigen Ritter Christi*, seu de vero Christi Pugile, quibus armis instructum esse oporteat. Praefatio init: *Dieweill vnns der baillig paullus so trewlich ermanet &c.* Opusculum: *Zu ainem waren Ritter Cristti gebert &c.* Subjecti anni ad calcem 1532. et 1544. Prior fortasse compositionis.

XIII. fol. 182. Rhythmi vernaculi duo; Prior *Ein schön new Lied von dem Interim*, Alter Maccaronicus contra Sacrorum Reformatores et ejus temporis Principes:

XV. fol. 193. *Ein Weiffagung vnd ein schöner berlicher trost, für alle hochbedrübte fromme christliche berzen zu diser jetzigen trübseligen Zeit aufs dem 14. Cap. der offenbarung Joannis. 1548.* Consolatio haec dirigitur contra Papam et *diabolicum Interim* diciturque descripta ab Exemplari impresso.

XVI.

1969

P O L E M I C I.

1970

XVI. fol. 205. *Ein spruch vom nachtmal christi.* Rhythmi cujusdam Sacramentarii, qui esum spiritualem urget. Accedunt alii Rhythmi de *Divitibus*, eorumque salute, item Expositio prosaica Sententiae de Manducatione spirituali rhythmis antea comprehensae. Adscripti anni 1539. et 1541.

XVII. fol. 225. *Kurtze vnnnd gründliche Anzeigung wie sich die Papisten Briester selbs in die packen haben &c.* Id est, contra Expositionem Catholicam verborum Christi: *Hoc facite in meam commemorationem.* Adscriptus calci *Joh. Sossibius* autor contendit Sacerdotium ad conficiendam distribuendamque Eucharistiam non esse necessarium. Fortasse *Ψευδανυμος*. Praescriptus annus 1546.

XVIII. fol. 276. *Συλλογη* Confiliorum, Epistolarum &c. fermone germanico, et hoc ordine: 1.) *Phil. Melanchthonis* Sententia de Bonis Ecclesiasticis. Init: *Erstlich ist mir nit Zweifl das ein yede Oberkheit schuldig ist &c.* 2.) *Iusti Menii* contra Bigamiam 1540. Init: *Summa Summarum dieses handels ist dis, das auf einmal zugleich mer dan ein ebeweib &c.* 3.) *Quid agendum*, si Imperator vellet Iudicium de Controversiis Fidei sibi deposcere. Init: *Repetitio fiet. Wie die Chur vnnnd fursten sein darzu kumen &c.* 4.) *Mart. Lutheri* ad Virum taedio vitae affectum 27. Nov. 1532. Init: *Mir ist von guetten freundten an-*

gezaigt, wie das euch der bose feindt &c. 5.) *Ejusdem* *Opinio*, an *Caesari Ducem Saxonem* Evangelii caussa impetenti resisti possit. Ad *Johannem Sax.* Init: *Auf E. C. G. dejsfalls halben, ob man sych mag weren gegen der Kay. May. &c.* 6. *Mart.* 1530. 6.) *Ejusdem* *Cuidam* tentato, quod relapsus sit ad *Papistas*. Init: *Mir ist angezaigt durch etliche gutte freundt, wie euer gewissen beschwerdt sey &c.* 7.) *Ejusdem* *Consolatoria* ad *Fridericum Ducem Sax.* scripta *Augustam* 1530. Init: *Ich hab nun lange verzogen mit antwort &c.* 8.) *Ejusdem* ad *Eundem* eod. Init: *E. C. F. G. schrift an mich am 4. Julij gegeben hab ich beunt am neunten Julij empfangen &c.* 9.) *Ejusdem* ad *Ducem Georgium Sax.* a. 1525. die *Thomae*. Init: *G. H. Wir wissen wie alle schrift von gott sagt &c.* 10.) *Ejusdem* ad quosdam *Cives* a *Duce Georgio* propter *Evangelium Lipsia* pulfos. Die *Parascev.* 1533. Init: *Gnad vnnnd fridt in Christo der bey euch leiden vnnnd sterben soll &c.* 11.) *Ducis Georgii* ad *Fridericum Elect.* contra *Sermonem Lutheri de Eucharistia*, quem pene *Pragensem* appellat. Data 1520. die *Joh. Apost.* et ut praevie dicitur ad *ἀποστολεαφον Georgii* descripta. Init: *Mir ist am beilligen abende ein gedruckht puechlein &c.* 12.) *Friderici Elect.* *Responsum*, die *Jovis post Innocent.* Init: *Ich hab euer lieb schreiben, belangendt ein gedruckht buechlein &c.* 13.)
Wolfg.

1971

C O D I C E S

1972

Wolfg. Widman *Cof. Lips.* ad *Lutherum*. Petit certior fieri, an *Epistola n. 10.* allata reapse illius sit. Init: *Es wird ain Copey aines brieues in Eurem namen &c.* Die *Veneris post Georgii. 1533.* 14.) *Lutheri* Responsum. Jubetur *Consul* prius edicere, quis ad scribendum instigaverit, num *der pfarrer zu Coln, oder der Meuchler zu Dresden, oder aber nur Junkber Herzog Georg.* Init: *Ersamer Meister guetter fraindt, ich hab eur schrift empfangen &c.* 15.) Eiusdem ad *Cof. et Judicem* in *Frauenstain*. Quid agendum iis, qui ad *Communione* sub una specie adiguntur. Init: *Ich hab vernubmen euer anligen &c.* Has *Epistolas* maximam partem impressas haberi, nullus dubito.

XIX. fol. 741. *Theophilus* et *Echo*. *Dialogus* geminus illi, quem *Cod. CCCCLXXXIII. Philalethis* et *Genii* diximus. *Concilii Tridentini* irrifio hoc ingressu: *Promptane eris Echo ad respondendum si quid interrogavero?* *Echo. Ero &c.*

DIV.

928 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 162. 4. quorum tamen non pauca vacua, compilatus est e variis *Protestantium Epistolis*, aliisque ad *Sacra* pertinentibus *Scriptis* hac serie. I. *Epistola Vitebergensis* cujusdam ad *amicum* scripta. Initium: *Quod Gregorius de Synodis sui temporis* scribit, nullius unquam finem

vidisse bonum, quod φιλονεικαι et φιλαρχικαι *Theologorum* verum eos cernere aut dicere non sinerent, idem multo ante de colloquio *Altenburgensi* praediximus &c. *Habitu* est *Colloquium* istud inter *Theologos Electorales* et *Ducalibus* ab *Osob. 1568.* ad *Mart. 1569.* nullo fructu, *Electoralibus* crimen hallucinationis circa *Justificationem*, liberum *Arbitrium* &c. a se depellentibus.

II. fol. 5. *Epistola D. Cythraei* ad *Beatum* ex *Austria* scripta. Notum est, evocatum fuisse *Rostochio Dav. Chytraeum* ad ordinandos *Protestantium* in *Austria* *Coetus*. Interea *Job. Beatus* five *Saliger, Seliger* a *Lubecensibus* a. 1568. dimissus et a *Rostochiensibus* receptus in *Ministerium* opinionibus suis maxime circa *S. Caenam* turbas instaurabat. Hinc *Monitoriae* praesentes, datae, ut in *Collectione Epistolarum Chytraei Hanoviae. 1614. p. 670.* video, *Viennae Austriae, 18. April. 1569.* Quod *Editor Chytraei* *Filius* Patri ὁμωνυμος e calce refecandum duxit, e *Codice* subpleo: *Neque verum esse credo, quod ab omni pietate et humanitate alienum est, te amicorum literas et sermones priuatos et familiares ad alios efferre, et in publico iudicio dielare, tametsi inter cetera quoque ad me perscriptum est. Nec tamen impedio, quo minus hanc Epistolam, qui volet, legat.*

III. fol. 13. *Epistola D. Lucae* (*Backmeister*) ad *M. Joannem Vorstium*. *Clarissimo* et *venerando*